excitabitur qui nondum uigilat seculum et morie-
tur corruptum. et terra reddet que in ea dormiunt
et puluis qui in eo silencio habitant. et promptua-
ria reddent que eis commendate sunt animas.
Et reuelabitur altissimus super sedem iudicii. et per-
transibunt misericordie. et longanimitas congre-
gabitur. Iudicium autem solum remanebit. et
ueritas stabit. et fides conualescet. et opus
subsequetur. et merces ostendetur. et iusti-
cie uigilabunt. et iniusticie non dormibunt.
Et dixi. primus abraham orauit pro sodo-
mitis. et moyses pro patribus qui in deserto pecca-
uerunt. et ihesus qui post eum pro israel in diebus
achor. et samuel. et dauid pro confractione. et sa-
lomon pro eis qui uenerunt in sanctificationem
et helias pro his qui pluuiam acceperunt.
et pro mortuo ut uiueret. et ezechias pro populo in
sennacherib. et multi pro multis. Si
ergo nunc quando corruptibile increuit et in-
iusticia multiplicata est et orauerunt

License: cc-by-nc – Exeter, Exeter Cathedral Library, Unid/3, recto – Book of Ezra
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-5k41/3856/40927)